

quod tamen rarissimè accidit differentiam ab aliis adduceret ipso & non aliis attendere debes.

2 Veniendo igitur ad exemplum societatum ponam distinguenda modos quinque scilicet ferè in omnibus capitale, corpus, & tempus, & redditus, necessariò præsupponantur, persona autem extimatione deprehenditur, sufficient autem exemplum vnum tantum per quæ omnia hæc comprehenduntur. Diuites duo mercatores societatem inierunt in Calendis Ianuarij 1536. Primus posuit aureos 1000. & voluit $\frac{2}{3}$ totius lucri: & secundus posuit aureos 700. & contentus fuit accipere $\frac{1}{3}$: superuenit autem in Calendis Augusti tertius socius qui dixit ego ponam personam & aureos 100. & ipsi duo primi computauerunt lucrum factum in mensibus 7. cum capitali, & inuenerunt quod respectu totius si ille poneret quod promiserat poterat dari $\frac{1}{4}$ totius lucri habitâ proportionem eius qui trahebat $\frac{1}{3}$ cum aureis 700. respectu totius capitalis primi quod fuit 1700: & ita conuenerunt quod primus haberet $\frac{2}{3}$ secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{4}$ totius lucri à Calendis Augusti vsque quo duraret societas, quod illud quod acquisitum fuerat per 7. menses priores in fine haberetur pro capitali respectu tertij & quod haberet diuidi per duos primos sub conditione prima inter eos facta in capite igitur anni 1537. idest in fine, perditum fuit inuentarium factum in Calendis Augusti & inuenerunt ultra totum capitale trium sociorum quod fuit 1800. aureorum lucrum aureorum 800. computato lucro facto in primis 7. mensibus, cum igitur nescirent ipsum quæsitum fuit quantum vnicuique deberetur & quanti æstimata est persona illius.

Primus 1000. menses $24\frac{2}{3}$.
 Secundus 700. menses $24\frac{1}{3}$.
 Tertius 100. & personam menses $17\frac{1}{4}$.

Pone igitur res cognitæ hoc modo vt vides per ordinem cum suis temporibus. Ignorata autem sunt lucrum 7. mensium & æstimatio personæ. Cum igitur secundus habeat $\frac{1}{3}$ totius ex $\frac{2}{17}$ quos posuit, quid posuit tertius vt haberet $\frac{1}{4}$, reduces $\frac{2}{3}$ $\frac{5}{3}$ $\frac{1}{4}$ simul & fient pro primo $\frac{8}{15}$, pro secundo $\frac{4}{15}$, pro tertio $\frac{3}{15}$, & est $\frac{1}{5}$, si igitur $\frac{1}{3}$ fit ex $\frac{2}{17}$ precedentibus capitalis, ex quo fiet $\frac{1}{5}$, duc $\frac{1}{5}$ in $\frac{7}{17}$ fiunt $\frac{7}{85}$, diuide per $\frac{1}{3}$ exeunt $\frac{21}{85}$, tantum igitur posuit tertius computata persona & aureis 100. respectu aliorum: reliqui autem qui posuerant 1700. & lucrum 7. mensium pesuerunt $\frac{64}{85}$ residuum videlicet totius capitalis. Pone igitur quod lucrum 7. mensium fuerit 1 co. igitur capitale duorum primum fuit 1700. p. 1 co. & hoc est æquale $\frac{64}{85}$ totius capitalis, dic igitur si 1700. producit 1 co. in 7. mensibus, quid producet totum capitale cum tertio in 17. mensibus, hoc autem facies in tribus vicibus per regulam 3. dicendo si 1700. p. 1 co. sunt $\frac{64}{85}$ capitalis $\frac{21}{85}$ capitalis quid erunt: duc 21. in 1700. p. 1 co. fiunt 35700. p. 21 co. diuide

Tom. I V.

per 64. exeunt $\frac{21}{64}$ co. p. 557 $\frac{13}{16}$: hoc adde ad capitale duorum fiet 2257 $\frac{13}{16}$ p. 1 co. $\frac{21}{64}$.

Dic postmodum secundo, si 1700. lucratur 1 co. quid lucrabitur 2257 $\frac{13}{16}$ p. 1 co. $\frac{1}{64}$ in totidem mensibus videlicet 7. duc 1 co. in 2257 $\frac{13}{16}$ p. 1 co. $\frac{21}{64}$ fiet 2257 $\frac{13}{16}$ co. p. 1 ce. $\frac{21}{64}$: & hoc esset diuidendum per 1700. sed quia quærimus lucrum 17. mensium duc totum per 17. fiet ce. 22 $\frac{37}{64}$ p. 36125 $\frac{13}{16}$ co. diuide per 7. exhibunt ce. 3 $\frac{101}{448}$ p. 5160 $\frac{93}{112}$ co. hoc igitur diuide per 1700. exeunt $\frac{289}{1532}$ ce. p. 3 $\frac{6813}{190400}$ co. cui adde 1 co. quæ fuit lucrum acquisitum ante Calendas Augusti, fiet totum lucrum 4 $\frac{6813}{190400}$ co. p. $\frac{289}{15320}$ census, & hoc debuit æquari toti lucro quod fuit 800. aureorum: reduces ad censum primo multiplicando omnia per 152320. & fiet ce. 289. p. 609825 $\frac{2}{5}$ co. æqualia 121856000. aureorum, igitur diuide omnia per 289. fiet 1 ce. p. 2110. $\frac{177}{1445}$ co. æqualia 421647 $\frac{17}{17}$ sequere æquationem per capitulum res valet R. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ m. 1055 $\frac{177}{2890}$: & hoc fuit lucrum primorum 7. mensium, quod detrahe à totali lucro videlicet aureis 800. remanet lucrum mensium 17. hoc 1855 $\frac{177}{2890}$ minus R. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ & hoc debet diuidi, dando primo $\frac{8}{15}$: & secundo $\frac{4}{15}$: & tertio $\frac{1}{5}$, reliquum autem quod fuit R. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ debet diuidi ita quod primo dentur $\frac{2}{3}$, & secundo $\frac{1}{3}$. Veniendo ad approximationem nam res mercaturæ hoc postulant nec manent in quantitibus surdis: excipe R. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ & est 1238 $\frac{2157}{2476}$ à qua detrahe 1055 $\frac{177}{2890}$ remanent aurei 183. cum $\frac{2897739}{3577820}$: hoc autem est diuidendum ita vt primo $\frac{2}{3}$ & secundo $\frac{1}{3}$ adueniat fient igitur primo 122 $\frac{1031826}{3577820}$ secundo autem 61 $\frac{965213}{3577820}$ residuum autem est aurei 616 $\frac{600081}{3577820}$ ex quibus dando primo $\frac{8}{15}$ secundo $\frac{4}{15}$ tertio $\frac{1}{5}$ fiunt primo 328 $\frac{2270880}{3577820}$ secundo autem aurei 164 $\frac{1135440}{3577820}$ tertio autem 123 $\frac{851581}{3577820}$: iunctis igitur partibus primi in 7. & in 17. mensibus & similiter secundi fient primo aurei 451 $\frac{624886}{3577820}$ secundo autem aurei 225 $\frac{2102153}{3577820}$ & tertio quod prius videlicet aurei 123 $\frac{851581}{3577820}$: ex quibus conflatur summa aureorum 800. Modo autem videamus quanti persona fuit extimata lucrum primum fuit aurei 183 $\frac{2897739}{3577820}$ additis 1700. capitalis fiunt 1883 $\frac{2897739}{3577820}$ tertius igitur posuit $\frac{21}{85}$ huius summæ duc totum in 21. & fiunt 39543 $\frac{6085259}{3577820}$ diuide per 85. exeunt 465 $\frac{1473568}{3577820}$ & quia posuit aureos 100. in pecunia igitur persona fuit extimata pro reliquo videlicet aureis 365 $\frac{1473568}{3577820}$ quare totum corpus societatis in fine debuit appellari quod esset aureorum 2965 $\frac{1473568}{3577820}$: aliqui autem hoc primo inueniunt deinde per ipsum dant lucra verum posui modum hic faciliorem quo perfectè intellecto scies inuenire & soluere omnes quæstiones societatum.